





THESES INAUGURALES MEDICÆ GENERALES,

Quas

TRINA
AUSPICE
MONADE,

GRATIOSO AMPLISSIMI MEDICORUM ORDINIS CONSENSU,

IN

ALMA ac PERANTIQUA HIERANA

PRO

de variolis

LICENTIA,

SUMMOS in ARTE MEDICA HONORES, JURAE

QUE ac PRIVILEGIA DOCTORALIA

legitimè capessendi,

Publicæ ac placidæ Eruditorum Disquisitioni
subjicit

JOHANNES BENEDICTUS

EGEMANNUS, Iſnacensis,

In Auditorio Majori,

Horis consuetis,

Ad diem 20. Julij. Anno M DCCII.

ERFORDIÆ,

Excudebat JOH. HENR. Grosch/ Acad. Typogr.

16 58

1702, 1^a

1702

THOMAS WASHINGTON THE JUSTICE GENERAL

TRINA AUSPICE MONADE

CASTRO AMPLISSIMI ABBE CROCI OR

TRIT EXKENSII

IN

ALMA M. BELGICA TURBANA

PRO

LICENTIA

Seniores in arte liberae theologiae, juris

et in rebus litterariis

et in rebus

publicis in hunc tenorem habet licentiam

etiam

Jo. Mariae B. de ...

et in rebus litterariis


et in rebus

Alma M. Belgica Turbana

et in rebus litterariis

et in rebus





Σὺν Θεῷ τόξα.

Pindar. Nem. Od. VI.

PROOEMIUM.

Revitatem in dicendo vel scribendo ingenti decori esse scriptori satis, superque nobis testes sunt Lacedaemonij, qui, uti permultis olim, iisdemque generosis simis factis excellere maximam sibi reputabant gloriam, ita & in dictis breves esse omnium suarum virtutum punctum supplere pro rato habebant, ideoque band immerito ad longè, lateque proferendam eorum famam dicta hæc Βεραχολογία orbi literato proverbium facit. Non minus etiã antiquis Oratoribus, aliisque Scripto-ribus hacce placuit Βεραχολογία, ut sic loqui liceat, quos inter primas tenere videtur Pindarus, Illyricorum Poëtarum Aquila, qui in Pythior. Oda I. Βεραχολογία Φίλων sese sequentibus profitetur verbis:

III .III

A 2

Καιρόν

Καρδὸν εἰ Φεγγαῖο , πικρὰν
 Πάργατι συνταμίους
 Ἐν Βεργχῆ, μείων ἔπειτα
 Μάμῳ ἀνθράκων ἄσπ' οὖν κόρη ἀμβλίνας
 Διανῆς ταχίας ἀπίδης .

*Quod autem longa satietas in describendis factis
 facit, id etiam illa in enumerandis & nimis pro-
 lixè enucleandis rebus aliis efficit, quamobrem
 haud immeritò pagellas, VARIOLARUM affe-
 ctum, ejusdemq; therapiam excutientes, jamdudum
 à me conscriptas atque presenti inaugurationi con-
 secratas, cum voluminis ferè formam ludant, ve-
 re arq; ne ταχίας etiam quorundam ἀπίδης ille ob-
 tundant, cum & imprimis temporis ratio calamo
 festinare imponit, cum Theſibus hisce breviori sty-
 lo contextis permutare mihi perſuaſi, qui conatus
 igitur fauſto ut eat ſidere, à Supremo Numine,
 omnis Sapientia fonte ſupplex contendo.*

THESIS I.

Nosse & callere benè proverbij communis Medici,
 MEDICUS est naturæ minister, nervum, omnium
 in Medicina primum est.

TH. II.

Medicus γυναικας talis in praxi sua semper pro a-
 musſi habere debet exemplar ipsius Oeconomiae huma-
 nae Praesidis, quod aliàs in Medicorum emolumentis
 αὐτοκρηγία Naturæ audit, aliàs Empirici nomine sigillan-
 dus est.

TH. III.

TH. III.

Eandem tamen cum Natura semper viam calcare,
ἄλογον esse videtur.

TH. IV.

Per principium corporis nostri effectivum movens,
quod convenientissimo titulo Natura salutatur, anima
rationalis supponenda, cui etiam & illæ actiones, quæ
minus scitè animæ, quam dicunt, sensitivæ, aliàs adscri-
buntur, assignandæ.

TH. V.

Actionum illarum, quæ intra corporis domicilium
peraguntur, licet nullam habeamus cognitionem, nihil
tamen impedit, quin eadem ab anima rationali prove-
niant.

TH. VI.

Magis veritati adblandiri videtur doctrina illa de
substantia activa elastica, quam Medicorum Scholæ spiri-
tus vulgò vocare amant, sic flexa, ut illa potius sese ha-
beat in corpore nostro organico, tanquam pars consti-
tutiva fibrarum motricium, quatenus motricium, quam
ut illa statuatur medium aliquod animæ subordinatum
prægressâ electione partis, ab ejusdem determinatione
facta, effectivè movens.

TH. VII.

Qui non novit animæ habitudinem ad corpus con-
servatoriam, non novit etiam verus esse naturæ minister,
& consequenter Medici titulo indignus est.

TH. IIX.

Longè à justo veritatis tramite aberrabit, qui ex su-
perficiarijs tantummodò circumstantijs morbi alicujus
faniorem pathologiam elicere molitur; hinc sola hæc
neglectio in causa est, quod tam multorum morborum

A ;

ge-

genuina pathologia à substantia falino-acri principaliter
& primariò incongruè peratur.

TH. IX.

Ἀμφοβόλοι, qui venæsectionem obelisco notare in
Medicorum albo non erubescunt, nondum in hac arte
præclarissima scire videntur, quid distent æra lupinis.

TH. X.

Venæsectio tempestivè administrata in febre arden-
te saluberrimum quidem remedium est, ubi verò sine
notabili plethora sub herba latet malignitas, eadem insti-
tuta mortis periculo ægrum exponit.

TH. XI.

Venæsectio in variolarum affectu prudentiam &
ἀναισθησίαν constitutam licet exposcat, penitus tamen illa mini-
mè contemnenda est.

TH. XII.

Risui sese prostituet ille, qui in curanda scabie mi-
neram impuram per crebriorem venæsectionem extirpa-
re intendit.

TH. XIII.

Non deplendi semper, sed & alterandi, derivandique
interdum finis syadet venæsectionem.

TH. XIV.

Medicus, qui benè prænoscere callet, meritò lau-
dandus, ad quem scopum collimat penitior temperamen-
torum sanò sensu acceptorum cognitio, imprimis si æta-
tis rationem ac diversitatem cum illis benè combinat.

TH. XV.

Hòc modò non de morbis solùm præsentibus, sed
& de illis, qui impostero insidiari apti sunt, hariolari va-
lebit.

VH. XVI.

TH, XVI.

Exactissima temperamentorum cognitio non solum est instar lucernæ Medico ad prudentiorem medicamentorum dispensationem, sed etiam ad legitimum laticis sanguinei evacuandi modum per depletiones artificiales viam monstrat.

TH, XVII.

Motus extrinsecus susceptus valdè quidem conducibilis, & naturæ in mari microcosmico quasi remoranti secundi instar Zephyri est, idem tamen non cui libet temperamento adæquatus tristem sapius ludum ludit, & pro diversa eorundem conditione febres inflammatorias, sanguinis extravasationes, apoplexiam, &c. Facile excitare potest.

TH. XVIII.

Quemadmodum omnes omninò actiones hominis morales ejusdè actionibus vitalibus & motibus in statu naturali respondent, hoc est, quò magis liberè, citò, expeditè &c. vel tardè magis difficulter, & minus expeditè respectu scilicet humorum & viarum in corpore perficiuntur actiones vitales, hâc utique ratione vel magis liberi, celeres, lætabundi, audaces &c. vel tristes magis, trepidi, suspiciosi, meticulosi &c. proliciuntur actus morales: Sic etiam in statu præternaturali seu delirij actionum moralium idem modus, majori saltem gradu accedente, observatur.

TH. XIX.

Quemadmodum in animi tranquillitate supremus sanitatis gradus consistit, ita & illud temperamentum, in quo animus ob proportionem meatuum respectu humorum transeuntium tranquillior admodum existit, omnium est optimum: Hinc temperamentum sanguineum non modò per hoc, quod in illo humores crebriores,
eos-

eosdemque patulos aditus ad organa excretoria & transcolatoria inveniunt, ut continuò laudabilis mixtio ab heterogeneitatibus impuris defendatur, sed & per hoc, quod anima ob dictas circumstantias, summam etiam in se agendi libertatem ac tranquillitatem nanciscatur, merito censetur optimum.

TH. XX.

Motui fibrarum musculosarum tonico plurimum debetur totius existentiae nostrae permanentia, salvo quippe hoc robore fluidum nostrum purpureum, tanquam primarius vitae nostrae thesaurus, in debita sua mixtione conservatur, particulaeque heterogeneae continuò proscribuntur, quae conservatio aliàs vita formaliter audit.

TH. XXI.

Sal totius principij nostri essentialis secundarij, structurae nimirum fulcrum atque columna non ineptè praedicatur, cum illud mixtis mixtionem quasi largiatur, ejusdemque tanquam anima materialis sit, uti acutissimè *Illustr. Wedelius asserit in Pharmaciâ Acroamaticâ Lib. II. Sect. IV. Cap. IV.*

TH. XXII.

Aër impurus, atque heterogeneis qualitibus imprægnatus est fabricae nostrae ex variorum elementorum moleculis *diversis* compactae hostis insensibilissimus.

TH. XXIII.

Quemadmodum in genere quò magis de sulphureitate, ut sic loqui liceat, corpus aliquod participat, eò magis etiam corruptioni putredinosae obnoxium est, ita etiam in specie corpus temperamento cholericò superbiens omnium facilius, citiusque dictam ob causam ejusmodi putredinosas corruptiones subire aptissimum est.

TH. XXIV.

TH. XXIV.

Uti omnis omninò putredinis ratio formalis in particularum invicem congregatarum destructione consistit, ita & sanguinis, corporisque nostri putredo particularum suarum connexarum actualis divisio est.

TH. XXV.

Dissolutionis autem hujusce arietes potentissimi esse possunt aqua, omnis fermentationis macrocosmica instrumentum domesticum, & sal aliquod sulphureo-tenerrimum agilissimum.

TH. XXVI.

Dicta vis horum principiorum deleteria subeundi motus cum reliquis corpusculis ineptitudini debetur.

TH. XXVII.

Hæc verò ineptitudo ex particularum partim gravitate, partim verò earundem subtilitate resultare videtur.

TH. XXIX.

Podagræ causa materialis non in acrimoniâ principaliter, sed potius sanguinis aliqua stagnatione quaerenda est, hoc enim illius circumstantiæ evincunt.

TH. XXIX.

Quod mali hypochondriaci causa formalis minimè in passivis, sed purè activis, id est, aliqua intentione susceptis motibus investiganda sit, extra omnem dubij sortem apparet.

TH. XXX.

Singula parthemata venæ portæ, ob quæ haud incongruè hominum carnificina audit, primariam sui causam nequaquam in salino acida obstruente, sed potius justò spissiori sanguinis qualitate collocatam habent.

TH. XXXI.

Unde emergit, omnium medicamentorum in affe-

B

ctibus

ctibus, v. gr. hepaticis, splenicis, hypochondriacis &c. quin immò & ipsis impeditis mensibus propinatorum, tum & aliorum, quam præstant, efficaciam unice consistere in virtute leniter & successivè adstrictoria & resolvente, non verò aperitiva & absorbente.

TH. XXXII.

Temperamentum sanguineum inter omnia temperamenta pronissimum est ad podagricos, ischiadicos, arthriticosque affectus, ratio in promptu est, si affectus isti à genuina sua causa petuntur.

TH. XXXIII.

Nitrum cautè ac prudenter propinatum, uti Naturæ excruciatibus hypochondriacis naufraganti sacra anchora est, ita imprudenter, & solum eidem exhibitum, in mari microcosmico velificanti perniciosissima remora est.

TH. XXXIV.

In affectibus spasmodicis cum diarrhoea conjunctis præstat cinnab. nativam vel & ij parcius propinare.

TH. XXXV.

Camphora & nitrum vix alijs medicamentis cedunt in foro Medico, sed granum salis in dispensatione expostulant.

TH. XXXVI.

Solamen miseris febre malignâ laborantibus atque gangrenâ correptis Camphora est.

TH. XXXVII.

Cum & io dulci in temperamentis ficcioribus & immaturioris ætatis subjectis eautè mercari debet Medicus.

TH. XXXVIII.

Caveat præterea Medicus, ne in dispensatione illum

lum Θ bus corrosivis admisceat, vel saltim ne fortiore tritione in mortario, si aliquando Θ ia addere libet, illum exerceat, aliàs exuvias suas depositas facilè recipere potest.

TH. XXXIX.

Vix benè consulit ægro Medicus ille, qui febrim ardentem in intermittentem mutat.

TH. XL.

Subjecta cacochymica & paralyfi correpta & enervata presò pede insequitur sphacelus.

TH. XLI.

Operandi medicamentorum rationem non à staminum semper suorum connexionem ut sic, sed ut tali, specifico nimirum conceptu junctà petendam esse, extra aleam positum.

TH. XLII.

Medicamenta nervina, quicquid agunt in corpore, id roborando & leniter adstringendo, non verò aperiendo agere, videtur indubium.

TH. XLIII.

Affectus nervorum non obstructiones, sed relaxationes potius pro suis causis agnoscere videntur.

TH. XLIV.

Opium in minori dosi exhibitum est anodynum, in majori autem propinatum sit narcoticum.

TH. XLV.

Opium constare ex Θ e quodam acido & Φ e grossiori, testis ejus sapor amarus, ipsaque amaritiei ratio est.

TH. XLVI.

Amarum enim nihil aliud esse, quàm Φ grossius cum acido combinatum, ex commixtione olei Ω ti cujuscumque cū Ω u Θ li producta amaritudo, nec non succi absynthij ex affusione Ω ti facta procedens Ω tis corrosio probant.

B 2

TH. XLVII.

TH. XLVII.

Oleum ab ∇ a & terra subtilissima suam habere essentiam, certa ejusdem resolutio confirmat.

TH. XLVIII.

Omnium Θ ium mater terra est.

TH. XLIX.

Θ ium genesin subterraneam instrumentaliter ab ∇ a, efficienter autem à spiritu mundi fieri, videtur probabile.

TH. L.

Quod ignis Φ λογισόν materialiter interdum concurrat cum rebus eòdem vexatis, non ex una solùm innoscit ratione.

TH. LI.

Licet ol. Ω tum quodcunque convenienti admixto acido in resinam friabilem abire cernas, minimè tamen illud ejusdem essentiam formaliter ingredi scias.

TH. LII.

α Φ is acidus à α u Θ li, & α Θ * acidus à α u Θ is communis non materialiter, sed formaliter ab invicem differunt.

TH. LIII.

Affectus animi, licet ad incitas hominem sæpius redigant, interim tamen & ingenti salutis esse posse, multiplex testatur experientia.

TH. LIV.

Sub variolarum causa Θ είον aliquid militare, veritati multum refragari, paulò altius rem ruminanti vix videtur.

TH. LV.

Ad partum felicem justum tempus expectandum est.

TH. LVI.

TH. LVI.

Plurimum interest, discernere legitimos partûs dolores à vagis & transitoriis, siquidem parturiens, de cujus coriò luditur, ingenti sæpius cum periculo atque insequenti *δυσκολία* hanc ignorantiam luere necessum habet.

TH. LVII.

Non enim partum accelerare embryonem, nec justum partus tempus, adesse, dolores semper indicant.

TH. LIX.

Prudentis itaque Naturæ Consiliarij, qualis esse debet Medicus, est, in ejusmodi casu carminativis prius tentare rem, an dolorum fortassis flatus, ut plerumque fieri solet, in causâ sint, aliisve pro re natâ medicamentis antispasmodicis, antequàm ad confictum provocet.

TH. LIX.

Ut nimis citò, sic etiam debitò temporis à Naturâ *ἐνεργητικῆν* per dolores *ἐν ἀνάγκῃ* constitutos expositulatò articulò præterlapsò, occasio calva est, ipsaque parturiens profundissimo malorum mari immergitur.

TH. LX.

In legitimorum & spuriorum dolorum eruenda veritate benè attendat Medicus vehementiorem urgentiam, progressivam adauctionem atque invalescentiam, & motionem, negatâ tamen promotione, prior symptomatum ratio illorum, posterior verò horum actualem existentiam probant.

TH. LXI.

Uti verò hæc facilè fucum Medico facere, illumque fallere possunt, ideo non temerè fidat, multò minus medicamentorum præscriptionem expulsionì accommodet, quamdiu foetus apparentiam in orificio uteri interno non perspectam habet.



TH. LXII.

Excrementorum tam fluidorum, quam solidorum excretio, veri adventantis hospitis ut plurimum præcursor est.

TH. LXIII.

Caveat mulier prægnans maximè à carbonum crebrioribus infesibus, omnemque occasionem vitet, quæ nimix humiditatis absorptioni atq; dissipationi inservit.

TH. LXIV.

Febris paulò ante partum exorta immane parturienti periculum minatur, maximèque difficilem partum illi ominatur.

TH. LXV.

Emissas aquas partum præcedere solitas, si non statim sequitur fœtus, confictum parturienti præfagit.

TH. LXVI.

Totius denique partus negotij cardo in hoc vertitur, ut invita Lucina nil temerè perficiatur, eademque propitià nil imprudenter omittatur.

S. D. G.

Nobilissimo, Clarissimo nec non Experientissimo

DN. JOHANNI BENEDICTO
EGEMANNO, Isenacensi,

S. P. D. simulque de Specimine Inaugurali gratulatur,
felicitaque omnia apprecatur

JUSTUS VESTI, Med. Doctor, Pathologiæ
P. P. suæque Facultatis p. r. DECANUS.

A Rtem nostram Medicam inter alias omnes nobilissimam, saluberrimam, imò mortalibus summè necessariam esse, qui vis facilè fatebitur, qui ullo unquam periculo solaboravit morbo; siquidè nulli magis vicissitudini
ho.

homines sunt expositi, quàm illi, quæ valetudinē concer-
nit. Ratio fragilitatis hujus in corpore humano ab eo po-
tissimū dependere videtur, quod mortalium plurimi sint
gulosi & intemperantes, nec in alijs regimē diæteticū pro-
bè observent. Verùm, quod sanitas hominū interdum in
horas sit mutabilis, juxta *Helmontium* ab ordinatione ma-
ximam partem dependet Divina, quippè DEUS Ter Opt.
Terque maximus ob peccata, ut alijs malis & pœnis, ita
etiam morbis punit atque castigat legis transgressores.
Cum autem misericordia Divina sit immensa & infinita,
creavit quoque DEUS Medicum juxta Scripturam, qui
opera charitatis in langvente proximo exercere ac amis-
sam sanitatem, quantum fieri potest, debet restituere.
Non quivis enim morbus, ope Medici extirpari potest,
cum stipendium peccati mors sit juxta Apostolum. Eru-
ditum autem, pium ac probum intelligo Medicum, cujus
actionibus DEUS benedicit, non verò indoctum, impium
aut empiricum, quorum intuitu Medicina homicidio-
rum ars esset, uti sàrcastricè eandem nuncupat *Cornelius*
Agrippa in libro de Vanis Scientiarum. Quàm optimè pro-
inde fecisti, *Nobilissime DN. Doctor ande*, quod non solūm
studium Medicum methodicè ex ore doctissimorum Vi-
rorūm hauseris, privatà diligentia percepta ruminaveris,
sed quod etiam Bataviam adiens varia curiosa in illa sis
admiratus atque cum Medico studio virtutibus ac pieta-
ti Te totum mancipaveris. Cujus rei cum vitæ tuæ ge-
nus, tum exantlata examina, à Facultate nostra legitimo
modo instituta, manifestum præbent testimonium. De
egregio insuper Specimine Inaugurali Tibi gratulor, cum
adnexo voto, ut praxis in posterum tua sit felix ac fortuna-
nata, DEUSque Ter Opt. Max. in multorum ægrotantium
solamen quàm diutissimè Te salvum & incolumem ser-
vet! Vale.

AnnVS



AnnVs aDest, qVo te DoCtorIs pVrpVra
VestIt:

I seLIX, gaVDe: IVre brabelagerIs.

Hoc Chronodistichon Excellentissimo atque
Prænobilitissimo DN. Doctorando JOHAN-
NI BENEDICTO EGEMANNO, antiquo
suo Amico ad cineres usque colendo gra-
tulabundus

f.

Henricus Fridericus Avemann,

Inaco-Thur. SS. Th. Stud.

~~~~~

**L**A Couronne des vertus  
Ne sera pas impetrable,  
Que par diligence assidue  
Et conduite loüable.

C'est, qui a bien approuvé  
Vous Monsieur Eggeman,  
Qui en êtes elevé  
Au nombre des savans.  
Voila je soubaite  
Ace jour de gloire  
Tous mille bons attrait,  
Tenes en memoire,

Celuj, qui vouloit ajoindre ce peu de mots,  
asavoir vötre Serviteur

**Wolff Conrad Grosgebaur,**

Erudiant des Loix,

~~~~~

ULB Halle

3

001 608 150




sb.

VD08

VB17







THESES INAUGURALES MEDICÆ GENERALES,

Quas

TRINA
AUSPICE
MONADE,

GRATIOSO AMPLISSIMI MEDICORUM OR-
DINIS CONSENSU,

IN

ALMA ac PERANTIQUA HIERANA

PRO

LICENTIA,

SUMMOS in ARTE MEDICA HONORES, JURA-
QUE ac PRIVILEGIA DOCTORALIA
legitimè capessendi,

Publicæ ac placidæ Eruditorum Disquisitioni
subjicit

JOHANNES BENEDICTUS
EGEMANNUS, Innacensis,

In Auditorio Majori,
Horis consuetis,

Ad diem 20. Julij. Anno M DCCII.

ERFORDIÆ,

Excudebat JOH. HENR. GROSCH/ Acad. Typogr.

16.58k

1702, 1a

1702